Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25978
Copyright: Admont, Benediktinerstift

e epistola cuiusdam Symeonis in qua ait de x. nominibus quibus uocatur nomen domini.

Sabaoth. uirtutis .i. uirtutum. dominus milicie. uirtutis omnia tenens.
.ii. Eloy. Deus. .iii. Saddec. Iustus.
.iiii. Adonay. Dominus. .v. El. fortis.
.vi. Elyon. Excelsus. .vii. Coneaccol. Omnipotens.
.viii. Aio. qui erat et qui erit.
.viiii. Baruc abba. benedictus pater.
.x. Barucce. benedictus.

Secundum Esdram ueri caracteres hebreorum. Nomina et interpretationes eorum.

Aleph. Mille uel doctrina.
Beth. domus. Gimel retributio uel plenitudo. Deleth. pauper uel tabule uel ianua. He. ipsa uel ista siue suscipiens. Caph et ipse siue hec
Zain oliua siue fornicatio.
Heth uita uel uiuacitas. Teth bonum. Iod scientia uel principium auxiliator. Caf. manus. palma. uel uola. Chaf. Lamed. doctrina. siue disciplina. Sen ex quo uel ex ipsis siue aqua. Nun. fetus uel pisces siue sempiternum. Samech. firmamentum. licet quidam erectionem uel adiutorium siue fultura putent.
Ain fons siue oculus. Fe. immo fe. fe os a bore non abosse. siue laqueus uel disciplina. Zadi. reggo siue iusticia. Cof. uocatio. Res.
caput. Sin. dentes. Taf. signum uel subter. In hoc alfabeto duplicem habent .c.b.f.n. quia principia media et ultima uerborum aliter scribunt.

Hec ob mendositatem exemplaris in hoc libro sunt omissa. quia nec literarum caracteres appositi sunt. quos titulus promittit. et interpretatio confusa est et incerta.
Preterea desunt in ipso codice plurima. que diligens corrector in alio exemplari querat. scilicet in libro hebraicarum questionum. in dabreiamin. alfabetum quod secundum multi sententiam e regione affixo hystorie ordo retinendus erat. et questiones de daniele et ezechiele quas in libro nominum auctor illic se plenius dixisse commemorat. In zacharia propheta propositis solutione verbis illis. ieiunium quarti. quinti. septimi. decimi. et cetera. de ieiunio decimi. nichil dicitur errore scriptoris. Item in libris eucherii multa desunt.